



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. I. De Coadjutorum Temporalium Admissione, & Vestibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](#)

sus est hisce tractandis, quām ubi de ipsis postrema cooptatione in corpus Societatis admittendis agendum necessario fuerat; nonnulla necessario præmissa. P. 1. C. 2. Sect. 2. & C. 4. Sect. 3. §. 2.

## S E C T I O I.

*De Coadjutorum Temporalium  
Admissione & Vestibus.**Coadjutorum  
numerus.*

\* P. 1. C. 2. §. 2.  
& A. & P. 3. C.  
2. §. 7. & H. &  
P. 4. C. 3. §. 2. &  
c. 10. §. 6. 7. &  
H. & C. 1. D.  
10 3. & R. Pro:  
39. & In 6. §. 4.  
b C. 7. D. 8 2. §.  
3. & R. Pro. 39.  
*Notes admit-*  
*tendorum.*

\* Ex. c. 1. §. 9.  
& c. 6. §. 7. &c  
P. 1. C. 2. §. 2.  
& R. exam.  
34.

1. IN primis Coadjutores Temporales plures admitti non debent, quām qui necessarii sint, ad sublevandam Societatem, in iis rebus, in quibus occupari alii non possunt, sine detimento majoris boni; & honestiū domi, quām foris fiunt; & universè in Collegiis non debent excedere quartam partem Sociorum, tertiam verò in Domibus Professis. b

2. Intra hunc numerum eligi oportet, bonæ conscientiæ, quietos, tractabiles, amatores virtutis, ac perfectionis, propensos ad devotionem; qui Domesticis, & Externis ædificationi sint; qui sorte Marthæ in Societate contenti. c Quoad exter- na attinet; sint honesta specie, sanitate, ætate, & viribns ad labores corporis, qui in Societate se offerunt, sufferendos; & qui habere, vel certe habituri esse aliquando

vi

videantur talentum aliquod ad Societatem  
juvandam : nam admittere homines iniuti-  
les Congregationi , licet ipsi met non inu-  
tilè foret , non expedit. <sup>d</sup>

<sup>d</sup> Ex c. i. §. 9.  
& c. 6. §. 7. &c  
p. 1. c. 2. §. 2.  
3. 4. & B.

3. Declaratum ulterius est , magnam  
cautionem adhibendam esse , in his admit-  
tendis ; qui aliquem in literis progressum  
fecerint ; vel qui milites fuerint ; vel qui  
speciem nobilitatis , vel consanguineos no-  
biles habeant ; vel Dominis sacerdotalibus in  
ministeriis delicatis inservierint. Præterea  
non esse admittendos homines planè rudes ,  
sed bona capacitatibus ; quales periti alicujus  
artificii , & qui legere , & scribere norunt. <sup>e</sup>

<sup>e</sup> In. 6. §. 4.

*Eorum Indu-  
mentum.*

4. Coadjutorum temporalium vestitus is  
esse debet , qui nostros Laicos à Sacerdoti-  
bus nostris , & à sacerdotalibus hominibus  
distinguat ; & juxta morem Patriæ sit hone-  
stus. <sup>f</sup> Id autem discriminem statutum. 1. Est  
in sottana breviore , dimidio palmo , &  
pallio sottanis breviore. <sup>g</sup> 2. Quod pluries  
in præcitatibus locis agitatum fuerat , decre-  
tum est , ut Clericalis pilei usu interdice-  
rentur , qui à condito Decreto Societati  
nomen darent , adempta ipsi Generali dis-  
pensandi facultate: <sup>h</sup> imposito insuper præ-  
cepto , ne quis ejusdem Decreti executio-  
nem procuret impedire. <sup>i</sup> Superpellice ave-  
rò , dum inserviant Sacro , eisdem conce-  
denda , quando expedire judicaretur , &

<sup>f</sup> C. 1. D. 95.  
& C. 3. D. 22.

<sup>g</sup> R. Cust. vest.  
6. & C. 6. D.  
30. & C. 7. D.  
24. §. 1.

<sup>h</sup> C. 7. D. 24.  
§. 2. & D. 27.  
& C. 8. D. 21.

<sup>i</sup> C. 9. D. 24.

P.

IC. 2. D. 95.

P. Generalis annueret. I Dubitatum etiam  
fuit de indumento nostrorum , qui Sacer-  
dotes non sunt, dum sepulturæ mandantur:  
placuit eodem modo esse indutos , quo alii  
honesti Clerici; quod si is minimè deceret,  
quod alicubi Clerici spoliati clericalibus  
*m C. 1. D. 109.* vestibus sepeliantur, P. Generalis prout ex-  
& C. 4. D. 4. expedire ædificationi judicaverit, dispenset. *m*

## S E C T I O II.

De Coadjutorum Temporalium Institu-  
tione & Ministeriis.*Institutio in  
Novitatu.*

1. **E** Novitiatu nulla ratione extrahendi  
sunt , nisi per annum integrum in  
eo fuerint ; & benè satisfecerint : & ante  
finitum biennium , nullo modo , in publi-  
cis officiis exponantur. Interim verò in  
Collegiis habeant aliquem , quasi Magi-  
strum in exercitationibus spiritualibus ; &  
per mensem ante Vota redeant si fieri pote-  
rit , ad Novitiatum , aut saltem per idem  
tempus se colligant , & ad Vota emittenda  
præparent. *n* Tempore verò Novitiatus mo-  
nendi sedulò, eorum vocationem esse, suble-  
vare in officiis, etiam abjectis , reliquos So-  
cios; qui in vinea Domini aliis functionibus  
occupantur ; non affectando superiorem  
Gradum. Instituendi etiam in externa &  
& In. 6. §. 4. religiosa politia , & modo decenti agendi. *o*

2. Multò